

Cambridge University Press

0521606985 - Cicero: *Epistulae Ad Familiares*, Volume II

Edited by D. R. Shackleton Bailey

Excerpt

[More information](#)

---

## TEXT

Cambridge University Press

0521606985 - Cicero: Epistulae Ad Familiares, Volume II

Edited by D. R. Shackleton Bailey

Excerpt

[More information](#)

## INDEX SIGLORUM

*M* = Mediceus 49.9 (saec. ix–x)

*P* = Mediceus 49.7 (an. 1392 scriptus), raro citatus

*G* = Harleianus 2773 (saec. xii)

*R* = Parisinus 17812 (saec. xii)

*V* = Parisinus 14761 (saec. xv)

*H* = Harleianus 2682 (saec. xi)

*D* = Palatinus 598 (saec. xv)

*F* = Berolinensis 252 (saec. xii–xiii), raro citatus

*X* = consensus codicum VHD

*Ω* = consensus codicum MGR vel MVHD

*I* = fragmentum Hamburgense (saec. fort. xii)

*L* = fragmentum Heilbronnerse (saec. fort. xii)

*T* = fragmentum Taurinense (saec. vi)

*ς* = lectiones hic illic citatae sive ex codicibus deterioribus sive **ex**  
veteribus editionibus sive originis incertae

numeri codicum siglis applicati vel primae vel recentioris manus cor-  
rectiones designant. ceterum *M<sup>3</sup>* = correctiones quibus caret codicis *M*  
apographon *P*. Littera *c* siglo addita incertae manus correctiones  
notantur.

Cambridge University Press

0521606985 - Cicero: Epistulae Ad Familiares, Volume II

Edited by D. R. Shackleton Bailey

Excerpt

[More information](#)

174 (xv.15)

*Scr. Brundisii m. Sext. an. 47*

M. CICERO S.D. C. CASSIO

1 Etsi uterque nostrum spe pacis et odio civilis sanguinis abesse a belli <non> necessari[a] pertinacia voluit, tamen, quoniam eius consili princeps ego fuisse videor, plus fortasse tibi praestare ipse debo quam a te exspectare; etsi, ut saepe soleo mecum recordari, sermo familiaris meus tecum et item 5 mecum tuus adduxit utrumque nostrum ad id consilium ut uno proelio putaremus, si non totam causam, at certe nostrum iudicium definiri convenire. neque quisquam hanc nostram sententiam vere umquam reprehendit praeter eo<s> qui arbitrantur melius esse deleri omnino rem publicam quam 10 imminutam et debilitatam manere. ego autem ex interitu eius nullam spem scilicet mihi proponebam, ex reliqui<i>s magnam.

2 Sed ea sunt consecuta ut magis mirum sit accidere illa potuisse quam nos non vidisse ea futura nec, homines cum essemus, divinare potuisse. equidem fateor meam coniecturam hanc fuisse, ut illo quasi quodam fatali proelio facto et victores communi saluti consuli vellent et victi suae; 5 utrumque autem positum esse arbitrabar in celeritate victoris. quae si fuisset, eandem clementiam experta esset Africa quam cognovit Asia, quam etiam Achaia te, ut opinor, ipso legato ac deprecatore. amissis autem temporibus, quae plurimum valent, praesertim in bellis civilibus, interpositus 10 annus alios induxit ut victoriam sperarent, alios ut ipsum vinci

---

**Ep. 174** Ω = MVDH(F) 1, 1 spe χ: spes M 2 non necessarii Madvig: necessaria M: om. χ 9 anne reprehendet? praeter eos ξ: -reo (-rea V) Ω 11 imminutam ξ: immunitam MVH: -utatam D 12 reliqui ξ: -uis Ω, ut solent 2, 3 essemus M<sup>c</sup>χ: hominessemus M 4 quasi ξ: quase M: qua se χ 5 saluti M: -te V (et victores... vellent om. DH) consuli ξ: -le MV 6 positum Cratander (marg.): prop- Ω arbitrabar χ: -trari M: -trarer Ernesti 8 te Gronovius: et Ω

Cambridge University Press

0521606985 - Cicero: Epistulae Ad Familiares, Volume II

Edited by D. R. Shackleton Bailey

Excerpt

[More information](#)

## 174 (xv.15) 2

contemnerent. atque horum malorum omnium culpam  
 Fortuna sustinet. quis enim aut Alexandrini belli tantam  
 moram huic bello adiunctum iri aut nescio quem istum  
 Pharnacem Asiae terrorem illaturum putaret?

15

**3** Nos tamen in consilio pari casu dissimili usi sumus. tu  
 enim eam partem petisti ut et consiliis interesses et, quod  
 maxime curam levat, futura animo prospicere posses; ego,  
 qui festinavi ut Caesarem in Italia viderem (sic enim  
 arbitramur) eumque multis honestissimis viris con- 5  
 servatis redeuntem ad pacem currentem, ut aiunt, incitarem,  
 ab illo longissime et absum et afui. vensor autem in gemitu  
 Italiae et in urbis miserrimis querelis; quibus aliquid opis  
 fortasse ego pro mea, tu pro tua, pro sua quisque parte ferre  
 potuisset si actor adfuisset.

10

**4** Qua re velim pro tua perpetua erga me benevolentia  
 scribas ad me quid videoas, quid sentias, quid exspectandum,  
 quid agendum nobis existimes. magni erunt mihi tuae litterae.  
 atque utinam primis illis quas Ligeria miseras paruisse! 5  
 sine ulla enim molestia dignitatem meam retinuisse.

5

## 175 (ix.1)

*Scr. Romae ex. an. 47 aut in. an. 46*

CICERO M. VARRONI S.

**i** Ex iis litteris quas Atticus a te missas mihi legit quid ageres  
 et ubi essem cognovi; quando autem te visuri essemus, nihil  
 sane ex isdem litteris potui suspicari. in spem tamen venio  
 appropinquare tuum adventum. qui mihi utinam solacio  
 sit! etsi tot tantisque rebus urgemur ut nullam adlevationem 5  
 quisquam non stultissimus sperare debeat. sed tamen aut tu

**3, 5** arbitrabamur  $\zeta$ : -tramus  $\Omega$       **10** auctor  $\zeta$ : actor (aotor, *ut vid.*, *H*)  $\Omega$

**Ep. 175**  $\Omega = MVDH$ ] **i**, **i** a te *VH*: **ADTE** **M**: ad se **D**      **5** ut nullam  
 $\chi$ : **n**- **M**: **n**- ut *Cratander*: **n**- ut iam *Lehmann*

Cambridge University Press

0521606985 - Cicero: Epistulae Ad Familiares, Volume II

Edited by D. R. Shackleton Bailey

Excerpt

[More information](#)

## 175 (ix.1) 1

2 potes me aut ego te fortasse aliqua re iuvare. scito enim me, postea quam in urbem venerim, redisse cum veteribus amicis, id est cum libris nostris, in gratiam. etsi non idcirco eorum usum dimiseram quod iis suscenserem sed quod eorum me subpudebat; videbar enim mihi, cum me in res turbulentissimas infidelissimis sociis demi<si>ssem, praeceptis illorum non satis paruisse. ignoscunt mihi, revocant in consuetudinem pristinam teque, quod in ea permanseris, sapientiorem quam me dicunt fuisse. quam ob rem, quoniam placatis iis utor, videor sperare debere, si te viderim, et ea quae premant et ea quae impendeant me facile laturum.

Quam ob rem, sive in Tusculano sive in Cumano, <sive ad me sive> ad te placebit, sive, quod minime velim, Romae, dum modo simul simus, perficiam profecto ut id utriusque nostrum commodissimum esse videatur.

15

## 176 (ix.3)

*Scr. Romae c. xiii Kal. Mai. an. 46*

CICERO VARRONI

1 Etsi quid scriberem non habebam, tamen Caninio ad te eunti non potui nihil dare. quid ergo potissimum scribam? quod velle te puto, cito me ad te esse venturum. etsi vide, quaeso, satisne rectum sit nos hoc tanto incendio civitatis in istis locis esse; dabimus sermonem iis qui nesciunt nobis, quo-cumque in loco simus, eundem cultum, eundem victum esse.

**2, 5** uidebar *V*: -am *M*: -ant *DH*    6 infidelissimis *DH*: -mas *MV* demisssem *s*: demissum *Ω*    8 ea *s*: eo *Ω*    10-11 ea qu(a)e...ea quae (eaque *D*) *DH*: aeq-...aeq- *M*: hec...hec que *V*    11 laturum *VD*: turum, *supra scripto* transi *man. vet.*, *M*: sciturum *H*: transi- *s* 12-13 sive ad me sive addidi    13 ad te *M<sup>1</sup>*: at te *M*: ad te uenire *V*: adire *D*: stare tibi *H*    15 videatur *s*: diuidetur *M*: iudicetur *V*: diiud- *D* (*sic*), *H*, *vulg.*

**Ep. 176** *Ω = MVDH*] 1, 1 caninio χ: animo *M*    4 nos *s*: non *Ω*

Cambridge University Press

0521606985 - Cicero: Epistulae Ad Familiares, Volume II

Edited by D. R. Shackleton Bailey

Excerpt

[More information](#)

## 176 (IX.3) 1

⟨sed⟩ quid refert? tamen in sermonem incidemus. valde id,  
credo, laborandum est, ne, cum omnes in omni genere et  
scelerum et flagitiorum volutentur, nostra nobiscum aut inter  
2 nos cessatio vituperetur! ego vero neglecta barbarorum 10  
inscitia persequar. quamvis enim sint haec misera, quae  
sunt miserrima, tamen artes nostrae nescio quo modo nunc  
uberiores fructus ferre videntur quam olim ferebant, sive  
quia nulla nunc in re alia acquiescimus sive quod gravitas 5  
morbi facit ut medicinae egeamus eaque nunc appareat,  
cuius vim non sentiebamus cum valebamus.

Sed quid ego nunc haec ad te, cuius domi nascuntur,  
γλαῦκ' εἰς Ἀθῆνας? nihil scilicet nisi ut rescriberes aliquid,  
me exspectares. sic igitur facies.

10

## 177 (IX.2)

*Scr. Romae c. ix Kal. Mai. an. 46*

CICERO VARRONI

1 Caninius ⟨tuus⟩ et idem noster cum ad me pervesperi  
venisset et se postridie mane ad te iturum esse dixisset, dixi  
ei me daturum litterarum aliquid; mane ut peteret rogavi.  
conscripti epistulam noctu, nec ille ad me rediit; oblitum  
creddi. ac tamen eam ipsam tibi epistulam misissem per meos 5  
nisi audissem ex eodem postridie te mane e Tusculano  
exiturum. at tibi repente paucis post diebus, cum minime

7 sed addidi      quid refert?...incidemus quasi a Varrone interposita faciunt  
plerique      2,2 persequarχ:-are M: persequar te vel te p- 5      3 nostr(a)e  
χ: -ras M      5 in re alia χ: increalia M      7 cuius MDH: cui V  
9 rescriberes V: res sc- M: rescribere DH

**Ep. 177** Ω = MVDH] 1, 1 tuus et idem Manutius: idem et idem (*ex*  
*dem*) M: idem eidem *ind.* M: idem fidelis V: idem et D: idem *ind.* H:  
*om.* H      noster ('nr, quae nota in parte codicum abiit in fr: frater'  
*Mendelssohn*) M (*et ind.*), V: frater D: fr- noster H, *itemque ind.* 2 itu-  
rum esse χ: iterum esse M      3 litterarum χ: *om.* M      5 ac tamen  
VH: act-, *ut mihi vid.*, M: att- M<sup>c</sup>(?), PD      7 at tibi 5: a (*sequente*  
*litt. erasa*) t- M: ac ibi VD: ac tibi H

Cambridge University Press

0521606985 - Cicero: Epistulae Ad Familiares, Volume II

Edited by D. R. Shackleton Bailey

Excerpt

[More information](#)

## 177 (ix.2) i

exspectarem, venit ad me Caninius mane; proficisci ad te statim dixit. et si erat ἔωλος illa epistula, praesertim tantis postea novis rebus adlatis, tamen perire lucubrationem meam <sup>10</sup> nolui et eam ipsam Caninio dedi; sed cum eo ut cum homine docto et amantissimo tui locutus ea sum quae pertulisse illum ad te existimo.

- 2** Tibi autem idem consili do quod mihi met ipsi, ut vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possimus; qui enim victoria se efferunt quasi victos nos intuentur, qui autem victos nostros moleste ferunt nos dolent vivere. quaeres fortasse cur, cum haec in urbe sint, non absim quem ad modum <sup>5</sup> tu. tu enim ipse, qui et me et alios prudentia vincis, omnia, credo, vidisti, nihil te omnino fefellit! quis est tam Lynceus
- 3** qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat? ac mihi quidem iam pridem venit in mentem bellum esse aliquo exire, ut ea quae agebantur hic quaeque dicebantur nec viderem nec audirem. sed calumniabar ipse; putabam qui obviam mihi venisset, ut cuique commodum esset, <sup>5</sup> suspicaturum, aut dicturum etiam si non suspicaretur: 'hic aut metuit et ea re fugit aut aliquid cogitat et habet navem paratam.' denique levissime qui suspicaretur et qui fortasse me optime novisset putaret me idcirco discedere quod quosdam homines oculi mei ferre non possent. haec ego <sup>10</sup> suspicans adhuc Romae maneo; et tamen λεληθότως consuetudo diu<tu>rna callum iam obduxit stomacho meo.
- 4** Habes rationem mei consili. tibi igitur hoc censeo, latendum tantisper ibidem dum effervescit haec gratulatio et simul dum audiamus quem ad modum negotium confectum sit; confectum enim esse existimo. magni autem intererit qui

<sup>11</sup> ut cum Graevius: et cum MVH: et D <sup>12</sup> tui V: tu (eras.) M: tum DH <sup>2</sup>, <sup>1</sup> autem DH: ante me MV <sup>2</sup> linguas χ: -uis M possumus <sup>4</sup> nostros MD: nos VH <sup>5</sup> cur cum... sint χ: circum... sunt M <sup>3</sup>, <sup>10</sup> possent VD: -sunt MH <sup>12</sup> diurna <sup>5</sup>: diurna Ω callum iam <sup>5</sup>: calum(p)niām Ω <sup>4</sup>, <sup>1</sup> mei consilii MV: c- mei DH <sup>2</sup> effervescit MDH: -cat V: defervescat Manutius: defervescit Graevius <sup>4</sup> intererit DH: interit M: interest V

Cambridge University Press

0521606985 - Cicero: Epistulae Ad Familiares, Volume II

Edited by D. R. Shackleton Bailey

Excerpt

[More information](#)

## 177 (IX.2) 4

fuerit victoris animus, qui exitus rerum; quamquam quo 5  
 5 me coniectura ducat habeo, sed exspecto tamen. te vero nolo,  
 nisi ipse rumor iam raucus erit factus, ad Baias venire. erit  
 enim nobis honestius, etiam cum hinc discesserimus, videri  
 venisse in illa loca ploratum potius quam natatum. sed haec  
 tu melius, modo nobis stet illud, una vivere in studiis nostris, 5  
 a quibus antea delectationem modo petebamus, nunc vero  
 etiam salutem; non deesse si quis adhibere volet, non modo  
 ut architectos verum etiam ut fabros, ad aedificandam rem  
 publicam, et potius libenter accurrere; si nemo utetur opera,  
 tamen et scribere et legere πολιτείας, et, si minus in curia 10  
 atque in foro, at in litteris et librīs, ut doctissimi veteres  
 fecerunt, navare rem publicam et de moribus ac legibus  
 quaerere.

Mihi haec videntur. tu quid sis acturus et quid tibi  
 placeat pergratum erit si ad me scripseris.

15

## 178 (IX.7)

*Scr. Romae ex. m. Mai. an. 46*

CICERO VARRONI

I Cenabam apud Seium, cum utrique nostrum redditae sunt  
 a te litterae. mihi vero iam maturum videtur. nam quod  
 ante[a te] calumniatus sum, indicabo malitiam meam:  
 volebam prope alicubi esse t⟨e⟩, si quid bonae salutis;  
 σύν τε δύ' ἐρχομένω. nunc, quoniam confecta sunt omnia, 5  
 dubitandum non est quin equis viris. nam ut audivi de

5, 3 hinc χ: hic M 4 quam V: om. MDH 5 modo...una (istec  
 pro stet V) MV: nobis istec modo illud una D: n- i- una illud modo H  
 10 πολιτείας ζ: politias vel sim. Ω 12 navare ζ: grauare Ω: gna-  
 Mendelssohn: gubernare Victorius

**Ep. 178** Ω = MVDH] 1, 1 seium M (et ind.), VD: seuum H (et ind.)  
 3 ante Mendelssohn: anteate (-ea te V: -e ate DH) Ω: antea Manutius  
 4 esse te Manutius: esset M: esse χ 5 sunt omnia DH: s- o- sunt M:  
 s- o- ut sunt V

Cambridge University Press

0521606985 - Cicero: Epistulae Ad Familiares, Volume II

Edited by D. R. Shackleton Bailey

Excerpt

[More information](#)

## 178 (ix.7) 1

L. Caesare filio, mecum ipse ‘quid hic mihi faciet patri?’  
 itaque non desino apud istos qui nunc dominantur cenitare.  
**2** quid faciam? tempori serviendum est.

Sed ridicula missa, praesertim cum sit nihil quod rideamus.

‘Africa terribili tremit horrida terra tumultu.’

itaque nullum est ἀποπροηγμένον quod non verear. sed quod  
 quaeris quando, qua, quo, nihil adhuc scimus. istuc ipsum 5  
 de Baiis, non nulli dubitant an per Sardiniam veniat. illud  
 enim adhuc praedium suum non inspexit; nec ullum habet  
 deterius, sed tamen non contemnit. ego omnino magis  
 arbitror per Siciliam, sed iam sciemos; adventat enim  
 Dolabella. eum puto magistrum fore. 10

‘πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσονες διδασκάλων.’

sed tamen, si sciam quid tu constitueris, meum consilium  
 accommodabo potissimum ad tuum. qua re exspecto tuas  
 litteras.

## 179 (ix.5)

*Scr. Romae ex. m. Mai. an. 46*

CICERO VARRONI

- 1 Mihi vero ad Nonas bene maturum videtur fore, neque solum propter rei publicae sed etiam propter anni tempus. qua re istum diem probo; itaque eundem ipse sequar.
- 2 consili nostri, ne si eos quidem qui id secuti non sunt non paeniteret, nobis paenitendum putarem. secuti enim sumus non spem sed officium, reliquimus autem non officium sed

7 quid *D*: qui *MVH*    2, 2 sit nihil *MV*: n- sit *DH*    5 scimus *V*:  
 sosmus *MDH*    fort. scimus, *(ut)* istuc ipsum de Baiis; non nulli, *sqq.*  
 9 sed iam *Wesenberg*: ueliam (*uel iam* ς) Ω: Veliam *Gulielmius*: Veliam.  
 iam *Baiter*: Veliam, sed iam *idem Wesenberg*    12 quid ς: quod Ω  
 13–14 tuas litteras *MV*: l- t- *DH*

**Ep. 179** Ω = *MVDH*] 1, 2 rei p. *M*: r. p. (*sic*) *H*: rem p. *VD*    3 se-  
 quar ς: -atur Ω    2, 1 ne si ς: nisi Ω    2 secuti ς: loc- Ω

Cambridge University Press

0521606985 - Cicero: Epistulae Ad Familiares, Volume II

Edited by D. R. Shackleton Bailey

Excerpt

[More information](#)

## 179 (ix.5) 2

desperationem. ita verecundiores fuimus quam qui se domo non commoverunt, saniores quam qui amissis opibus domum 5 non reverterunt. sed nihil minus fero quam severitatem otiosorum et, quoquo modo se res habet, magis illos vereor qui in bello occiderunt quam hos curo quibus non satis facimus quia vivimus.

- 3 Mihi si spatium fuerit in Tusculanum ante Nonas veniendi, istic te videbo; si minus, persequar in Cumanum et ante te certiorem faciam, ut lavatio parata sit.

## 180 (ix.4)

*Scr. in Tusculano, ut vid., ex. m. Mai. vel in. m. Iun. an. 46*

CICERO VARRONI

Περὶ δυνατῶν με scito κατὰ Διόδωρον κρίνειν. quapropter, si venturus es, scito necesse esse te venire; sin autem non es, τὸ δύνατων est te venire. nunc vide utra te κρίσις magis delectet, Chrysippi an haec quam noster Diodotus non concoquebat. sed de his etiam rebus, otiosi cum erimus, 5 loquemur. hoc etiam κατὰ Χρύσιππου δυνατὸν est.

De †coctio† mihi gratum est; nam id etiam Attico mandaram. tu si minus ad nos, accurremus ad te. si hortum in bibliotheca habes, deerit nihil.

6-7 seueritatem otiosorum *V*: si ueritatem (siu- *M*) otio solum (soluo *DH*) *MDH* 7 habet *ς*: -eret Ω illos *DH*: illo *M*: illis *V* 8 occiderunt *DH*: -r ut *M*: -r (i.e. -runt) ut *V*

**Ep. 180** Ω = *MVDH* 1 κρίνειν *ς*: κρει nein vel sim. Ω 3 es τῶν ἀδυνάτων *ς*: est αδυνάτων vel sim. Ω: es αδύνατον *ς*, vulg. teuenire *M*: eue- χ: removit Kleyn 4 Chrysippi an *Manutius*: chrysippias (chris- *DH*) Ω: Χρυσιππέαν *Victorius* 5 concoquebat *MV*: coq- *DH* 6 δυνατὸν *ς*: αδ- (αδυντὸν *H*) Ω 7 Cocceio *Corradus*: Coccio Sjögren: fort. Cottio 8 nos, ⟨nos⟩ *ς*